



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs IV. De Sponsa duorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

TITVLVS IV.
DE SPONSA DUORUM.

§. I.

*Si quis bina sponsalia cum diversis
contraxerit, quanam sint ser-
vanda?*

Si quis sponsalia de praesenti, sive ma-
trimonium, contraxit successivè cum
duabus, debet adhaerere primæ; si vero
prius contraxit sponsalia de futuro cum
una, & postea per verba de praesenti ma-
trimonium cum altera debet adhaerere
secundæ, prout sumitur exc. *Duobus i. h. t.*
in priore enim casu non poterat cum po-
steriore matrimonium contrahere, priori
jam legitimo vinculo obligatum matrimo-
niali; in posteriore vero casu, cum priori
vinculo sponsalium de futuro, novum
& fortius vinculum sponsalium de pra-
esenti, sive matrimonii superveniat, con-
sequenter ad hoc posterius tenebitur,
non autem ad prius.

§. II.

*An sponsalia de praesenti dissol-
vantur per sequens matrimonium
consummatum?*

Respondetur negativè, juxta c. *Licet*
3., & juxta c. *Tus s. h. t.* cùm enim
vi primi matrimonii, quamvis iactum illud
sit tantum, dominum corporis ad po-
tentiam copulæ translatum jam sit in
uxorem, consequenter non potest vir-

v. g. qui jam non est dominus sui corpo-
ris ad potentiam generandi, in illam
transferre ad hunc finem: & hinc quan-
vis per sponsalia de futuro alicui obliga-
possit cum tertio contrahere de prædi-
ti, cùm vinculum illud indissolubile non
sit, licet propter fidem fratrum patr-
affici possit, & obnoxia fieri dubium
alicui; non potest tamen, que de praesenti
desponsat alicui per verum matrimonium
fuit, cum illo altero, riveniente pectori
contrahere; & si contractus de fucto cum
aliquo, ab hoc separari debet, & ne possit
mortem prioris mariti huic nubera po-
test, ne occasio capitanæ mortis ipsius
mariti detur, si tamen cum possente
hoc accessit copula, prout requiritus
pedimentum criminis, de quo infra.

§. III.

*An appellans in causa matrimo-
niali, possit lite pendente, dissolu-
trrimonium contrahere?*

Affirmatum hoc jam est in *Tit. a. h. t.*
Libri. Sct. 6. §. 2. sub debitis lo-
mitationibus, quæ ibi videntur, &
cùm litis pendens non sit impedimen-
tum dirimens. Videatur enim c. *Tus*
fraternitas 4. h. t. ex quo etiam habetur,
quod separati quidem hi taliter contra-
hentes debeant, ne multorum adul-
teriorum deror occasio, si postmodum
apparet, quod prius matrimonium, de
qua

De conditionibus appositis in despousat. vel aliis contractibus. 681
quo mota fuit lis, validum sit, absolute prius matrimonium nullum fuisse :
tamen invalidum hoc non est, ut novo constet.
postmodum consensu indigeat, si

TITVLVS V.

DE CONDITIONIBUS APPOSITIS IN DESPOSSIONE, VEL IN ALIIS CON- TRACTIBUS.

6. I.

*Quid sit conditio, & quotuplex;
quid modus, causa, & demonstratio, qua
matrimonio aliisque contractibus
apponuntur?*

Conditio propriè dicitur, prout hic accipitur, est dispositionis, sive actus, vel contractus iuspendio in futurum tempus, & eventum incertum (& hinc conditio de praetenti, aut praeterito, non facit propriè conditionatum contractum) quæ communiter explicatur, per particulam Si, ut consentio in tuas nuptias, si pater tuus consentierit. Modus est qualitas adiecta dispositioni, sive adiectio-neris, ad quod obligare volumus contrahentem, & communiter explicatur per particulam Ut, duco te v.g. ut honestem & divitias acquiram; causa dicunt, quando denotatur causa, propter quam contrahitur, & explicatur per di-
*tionem Quia, contraho tecum, quia
dives es, quia pulchra es, &c. Demon-
stratio denique fit, quando exprimitur illa qualitas, quæ determinat hanc per-
sonam, duco te, quæ libera es, quæ vir-
go es, &c. conditions aliae sunt genera-*

*les, quæ cunctibz contractui insunt ;
etiamque non exprimantur, si vixerimus
v.g. aliae sunt speciales, & quidem aliae
intrinsecæ tali contractui, necessariè sci-
licet ad illum contractum requisita, ut,
duco te, si non sis sanguine mihi jun-
cta, &c. aliae extrinsecæ, sine quibus
contractus talis esse potest, ut duco te,
si d.ves es; & harum iterum aliae neces-
sariè eventuæ, ut duco te, si cras sol-
licitior; aliae contingentes & possibles,
duco te, si pater tuus consentiat; aliae
impossibles, duco te, si auctum mon-
tem in dotem dederis, aliae honestæ ;
aliae turpes; aliae indifferentes, & inter
turpes aliae contra substantiam matrimo-
nii, contra triplex scilicet bonum matri-
monii; fidei scilicet, duco te, si adul-
terandam te exponas; generationis, du-
co te, si generationem prolis impedi-
tis; & indissolubilitatis denique, duco
te, si iterum discedere velis, quando
te pulchriorem reperero, &c. aliae verò
turpes quidem sunt, non tamen contra
substantiam matrimonii, ut ducam te,
si fornicata mecum fueris, &c.*

Qqq q

§. II.